



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli**

**Viegas, Brás**

**Parisiis, 1615**

Capvt Vigessimvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39261**

*Per femur agnoscitur hunc esse verum Deum, qui tales seruos possidet. Habet etiam in femore scriptum, quod sit Rex regum, & Dominus dominantium: quia in operibus, quae in carne positus gessit, cognitum est hunc esse verum Dei filium. Addit Ambrosius, posse etiam per femur intelligi patrem veteris testamenti, ex quorum stirpe Christus originem duxit, qui & ipsum figurarunt, & quod ipse futurus esset Rex Regum, & Dominus dominantium, apertis vocibus praedixerunt. Tertia est Pannonij: Vestimentum, inquit, à foris est, femur à natura: & Christus humanitatem à foris ex tempore quatenus persona Diuina habet, Diuinitatem autem à natura, à qua ab aeterno est Deus: & neutrum horum sine dignitatis honore habet, quia ab utroque Rex.*

## ARGUMENTVM.

*Continuatur eadem sexta visio. Ligatur Satanas mille annis, & postea iterum soluitur. Congregatur Gog, & Magog in praelium. Iudicat Christus vniuersos mortales. Regnant Sancti cum Christo. Mitritur Diabolus in stagnum ignis cum omnibus, qui non sunt scripti in libro vite.*

## CAPVT VIGESIMVM.

**D**T vidi Angelum descendente de Caelo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni: & post hæc oportet illum solui modico tempore. Et vidi sedes, & federunt super eas, & iudicium datum est illis, & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis, & vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis. Ceteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei, & Christi: & regnabunt cum illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exhibit, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog, & Magog, & congregabit eos in praelium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circumierunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam.

Et



Et descendit ignis à Deo de caelo, & deuorauit eos, & diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris: vbi & bestia, & pseudo propheta cruciabantur die, ac nocte in secula seculorum. Et vidit thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & caelum, & locus non est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vite: & iudicati sunt mortui ex his, quae scripta erant in libris secundum opera ipsorum, & dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant: & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis. Haec est mors secunda: Et qui non inuentus est in libro vitae scriptus, missus est in stagnum ignis.

# COMMENTARIUM VNICVM EXEGETICVM.

De explanatione huius capituli.

Describitur visio imaginaria, eiusque literalis sensus traditur.

## SECTIO PRIMA.

**P**rimum vidit Ioannes Angelum descendentem de caelo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, qui apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus, & ligauit eum per annos mille. Hunc Angelum Doctores communiter Christum interpretantur: quam etiam sententiam videtur innuere D. August. lib. 20. de ciuit. cap. 7. Christus enim est, qui habet clauem abyssi, & qui apprehendit, ligauitque daemone[m] impetis sui catena, ut ait August. loco citato. Quod verò attinet ad mille annos, sine dubio accipiendum est, ut ait Andr. Caesar. totum tempus, quod à morte Christi vsque ad aduentum Antichristi decurrit, ut in posteriori sua expositione docet citatus August. & D. Gregor. 32. Moral. c. 12. Est enim millenarius numerus perfectionis, vniuersitatemque significat. Haec enim est posteri[r]atio, quam affert D. August. loco citato, quae propria est, aeternitatem, quam idcirco priori, quam attulerat, praerulisse videtur, cum posterius commemorauit: & merito, prior enim omnino non cohaeret. Aut certe, inquit, mille annos pro annis omnibus huius seculi posuit, ut perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo. Millenarius enim numerus denarij numeri quadratum solidum reddit: decem quippe decies ducta sunt centum, quae iam figura quadrata, sed plana est. Et autem in altitudinem surgat, & solida fiat, rursus centum decies multiplicentur, & mille fiunt. Porro si centum ipsa aliquo modo pro vniuersalide aliquando ponuntur, quale aliud est, quod Dominus omnia sua dimittendi, & cum

*Christus Angelus habens clauem abyssi.*  
*D. August. Mille annos tempus à Christo ad Antichristum.*  
*Andr. Cas. D. Greg. Poitius totum tempus huius mundi.*  
*Millenarius numerus perfectus, quadrata, & solida figura.*



sequenti promisit, dicens: Accipiet centuplum in hoc seculo: quanto magis mille pro universis  
 Matt. 19. 29. tace ponuntur, ubi est soliditas ipsius denaria quadratura? Unde & illud melius intelligitur,  
 Psal. 104. 8. quod in Psalmo legitur. Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi, quod mandavit in  
 m. de generationes. Hæc Augustinus.

II. Toto igitur hoc tempore ligatus est dæmon, ne totā suam vim exeret aduer-  
 sus Ecclesiam: & ut ait Ioannes, ne amplius gentes seducat: quod ita interpre-  
 tatur ibidem Augustinus: Ab eis, inquit, gentibus seducendū huius interdicti vinculo,  
 & claustro diaboli prohibetur, quas pertinentes ad Christū seducebat antea: Hæc enim Deus  
 D. August. elegit ante mundi constitutionem erueri de potestate tenebrarum, & transferre in regnum filij  
 claritatis sue. Ad hoc ergo ligatus est diabolus, ut non seducat gentes, ex quibus constat Eccle-  
 sia, quas antea seducebat tenebat, antequam esset Ecclesia. Hæc ille. Post hæc, inquit Ioannes,  
 oportet illum solui modico tempore, id est, tribus annis cum dimidio: tanto enim tempo-  
 re perdurabit Antichristi persecutio. Obiter hic ad mores obserua, cum diabo-  
 Quomodo, & quibus nocet  
 dæmon liga-  
 tus.  
 D. August.

lus sit ligatus à Christo illis tantum nocere posse, qui ad eum tentationibus cō-  
 sentiendo accesserint: quemadmodum, quod quis à cane, non ève ligato mor-  
 deatur, culpa eius est, qui sciens, ac prudens ei propinquat. Id quod obseruat  
 August. Item. 197. de tempore. Dicit, inquit, aliquis: si alligatus est, quare adhuc tantum  
 proualeat? Verum est fratres charissimi, quia multum proualeat sed tepidus, & negligens, &  
 Deum in veritate non timentibus dominatur. Alligatus est enim inquam in nexu canis ca-  
 teneus, & neminem potest mordere, nisi eum, qui se illi mortifera securitate coniunxerit. Iam vi-  
 dete fratres, quam stultus est homo ille, quem canis in catena positus mordet. Tu te illi per volu-  
 ptates, & cupiditates seculi noli coniungere: & ille ad te non praesumeret accedere. Latrare po-  
 test, sollicitare potest: mordere omnino non potest, nisi volentem: non enim cogendo, sed suadendo  
 nocet: nec extorquet à nobis consensum, sed petit. Hæc Augustinus.

III. Secundò, Per anticipationem, & quasi obiter ostensa est Ioanni beatitudo  
 Sanctorum, qui Antichristo non consenserint, cum vidit scultas sedes, sedentes  
 que in illis omnes Sanctos, præcipueque illos, qui propter fidem Christi mor-  
 tem oppetierunt, quos ait regnare cum Christo mille annis: ceteros autē mor-  
 tuorum non vixisse, donec consummarentur mille anni. Hæc est, inquit, resurrectio  
 prima: Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In huius secunda mori non  
 habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt cum illo mille annis. De  
 his mille annis copiose disputabimus sect. sequenti. Deinde addit Ioannes: Cum  
 Ligatus post  
 mille annos  
 soluetur Sa-  
 tanas.

III. Porro aduerte fuisse hæresim multorum veterum, qui ex hoc loco occasio-  
 nem acceperunt existimandi post generalem resurrectionem Christi  
 stum mille annis cum Sanctis omnibus in terra in omnibus carnis deliciis re-  
 gnaturum, quos propterea *χλιδες* appellabant, ut auctor est D. August. li. 20.  
 de ciuit. cap. 7. in quam hæresim incidit Cherinthus hæreticus, ut auctor est  
 Euseb. lib. 3. Histor. cap. 28. vbi de Cherintho loquens, sic ait: Iisdem temporibus  
 etiam alterius hæreseos obortum Principem Cherinthum accepimus: de quo  
 Caius, cuius iam in superioribus fecimus mentionem, in disputationum  
 suarum dialogo ita scribit: Sed & Cherinthus, inquit, per reuelationes quat-  
 dam, quas velut à magno Apostolo conscriptas, & per Angelos ei reuelatas  
 putaret,



putaret, talia quædam portenta nobis introducit. Post resurrectionem terrenum dicit futurum esse regnum Christi in Hierusalem, & homines in carne iterum concupiscentiis, & vitiiis subiectam conversationem habituros. Contra fidem quoque Scripturarum quosdam mille annos designat, in quibus multa quidem, & alia corruptionis opera, & nuptiarum festiuitates dicit futuras ad eos, qui libidinis sunt detriti, decipiendos. Sed & Dionysius, cum de Ioannis reuelatione differeret, & quædam secundum ea, quæ antiquitus Ecclesiæ tradita fuerant, disputaret, mentionem facit huius ipsius viri his verbis: Cherinthus, inquit, à quo & Cherinthiana heresis oborta est, figmentis suis auctoritatem magni nominis acquirere secundum Scripturam huius præuam intelligentiam gestiebat: quippe cuius hæc erat hæresis, ut affirmaret terrenum futurum esse Christi regnum: & quia erat ventri, & gulæ, ac libidini deditus, ea futura decernebat, quæ sibi propria libido dictabat: ventris, & eorum, quæ sub ventre sunt, incitamenta cibis, potibus, nuptiis prædicabat explenda. Hæc Eusebius. Eundem errorem plerique tribuunt Papæ Hierosol. Episc. quomodo is de carnis deliciis, & libidinis illecebris nihil loquatur, colliguntque ex D. Hier. in lib. de Scrip. toribus Eccles. ubi agens de Papia sic ait: *Hic dicitur mille annorum Iudæa edidisse de vitiis & vitio quæ secuti sunt Irenæus, & Apollinaris, & ceteri, qui post resurrectionem aiunt in carne eius sanctum Dominum re, naturum.* Idem que affirmat Euseb. lib. 3. c. 39. Dicit, inquit, Papas, & alia plurima à maioribus sibi tradita miracula, & notas quædam parabolas Saluatoris, & doctrinam incognitam, magisque fabulosam, mille annos futuros post resurrectionem, quibus corporaliter regnum Christi in hæc terra futurum sit. In eodem fuerunt Lactant. lib. 7. Diuin. instit. c. 24. 25. & 26. Tertul. Appollinaris, ut referunt D. Hier. in c. 36. Ezech. & Euseb. lib. 3. Hist. c. vlt. Contra quem errorem disputat Alfonso à Castro lib. 3. aduersus hæreses, hæresis 2. de Beautudine. Quam perperam autem eius erroris occasio ex hoc loco Ioannis arrepta sit, patet ex nostra expositione.

Tertio, *Cum consummati fuerint mille anni, hoc est, ubi deflexerit tempus à resurrectione Christi usque ad Antichristum: tunc, inquit Ioannes, soluetur satanas de carcere suo modico tempore, hoc est, tribus annis cum dimidio: quo tempore Satanas solvendus dicitur, quia per Antichristum, eiusque sectatores inauditam aduersus fideles persecutionem excitabit: quam nos in nostro tractatu de Antichristo copiosè descripsimus.* Quarto, Eo ipso tempore, quo Satanas solutus in Ecclesia grassabitur, *seductos gerdes, quæ sunt super quatuor angulos terra, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris, Et ascenderunt super latitudinem terra, & circumierunt castra sanctorum, civitatem dilectam.* De Gog, & Magog multa à Doctoribus disputantur, sed nos potiora perstrigemus. Euseb. lib. nono, Demonstrationis Euang. cap. tertio, arbitratur Gog, esse imperatorem Romanum: Magog Romanum imperium. Alij apud D. Hieron. in capit. 38. Ezech. per Gog, & Magog accipiunt prælium, quod inter Diabolum, & Angelos eius ex vna parte, & inter Michaelem, bonosque Angelos ex altera in celo Empyreo commissum fuit. Diuus Augustinus lib. 20. de ciuit. capit. 11. per Gog, quod interpretatur *rellum*, accipit Diabolum, qui est instar magni cuiusdam tecti, magnæque domus, in qua omnes mali habitant: per Magog autem, que interpretatur *de rellis*, intelligit exercitum Antichristi ex omnibus gentibus collecturam. Diuus Ambrosius lib. 2. de Fide, capit. vlt. censet Gog esse Gothos, qui multas Imperij Romani provincias vastauerunt. Cuius sententia etiam meminit Diuus Hieron. in quædam Hebraicis in Genesim. Idem porro diuus Hieronymus ad caput trigésimum octauum, & trigésimum

Ponebat voluptates corporis

Idem error Papæ fuit, & aliorum. D. Gregor.

Euseb.

D. Hieron. Euseb. Castro.

V. Quanto tempore, & cur solvendus Satanas.

De Gog, & Magog variae sententia. Prima Euseb. Secunda.

Tertia. D. August.

Quarta. D. Ambros. Vltima. D. Hieron.



nouum Ezechielis. vbi fusc de Gog, & Magog à Propheta differitur, hec habet. Iudaei, & nostri Iudaei, antes putant Gog gentes esse Scythicas, immanes & innumerabiles, quae trahit Caucasum montem & Maotidem paludem, & prope Caspium mare ad Indiam usque tenduntur: & his post mille annorum regnum esse à diabolo commouendas, quae veniant in terram Israel, ut pugnent contra sanctos multos secum gentibus congregatis.

VI. In re difficillima dicimus primum non solum hoc loco Apoc. sed etiam apud Ezech. c. 38. & 39. Gog, & Magog ad extrema mundi tempora pertinere, vt est

Gog, & Magog ad extrema tempora pertinent. Sunt nomina propria nationum. Ezech. 38. Magog filius Iaphet. Ab eo sic dicta Scythia. Ioseph. Per Magog Scythica nationes, per Gogearu Rex intelligitur. Cur earum praecipue factio.

communis Doctorum sententia, & ex vtriusque Propheta contextu manifestè colligitur. Deinde nomina haec Gog, & Magog non significare ex propria acceptione omnes gentes, quae ad Antichristu aggreganda sunt, sed peculiare quasdam nationes, vt est percipuum ex Ezech. 38. & praeterea, quia Magog vnus fuit ex filiis Iaphet, Genesis decimo. Vnde Scythia, quam incoluit Magog, dicta etiam est de eius nomine Magog, vt auctor est Ioseph. lib. 1. Antiquit. c. 7. Quare existimamus nomine Magog intelligendas esse nationes omnes Scythicas, quae ad Septentrionem habitant: nomine autem Gog accipiendum Principem, ac Regem omnium illarum gentium Scythicarum. Denique quoniam Antichristi exercitus aduersus Ecclesiam non ex his tantum Scythicis gentibus, sed ex omnibus mundi nationibus collectus esse debeat: haec tamen gentes praecipue nominantur, quia ferociiores sunt, & supra modum barbarae, & immanes, atque adeo in illis praecipuum exercitus Antichristi robur positum erit. Itaque per synecdochon accepta parte pro toto vniversus Antichristi exercitus ex Gog, & Magog constitutus dicitur, & bellum mouere aduersus castra Sanctorum, & ciuitatem dilectam, hoc est, Ecclesiam. Verum igne de caelo immisso diuinitus vniversus ille exercitus interibit, vt continud Ioannes subiungit.

Contextus percurritur, & quaedam in eo difficiliora explicantur.

SECTIO II.

I. EA, de quibus superiori sectione disputauimus, praecipua sunt capita eorum, quae hoc loco à Ioanne scribuntur. Verum quia nonnulla maiorem adhuc expositionem requirunt, simulque, vt rerum series, atque nexus melius appareat, contextum sigillatim percurrendum, & si quid obscurius occurrat, explanandum putauimus. Sic igitur inepit Ioannes. *Vidi Angelum descendentem de caelo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpente antiquum, qui est Diabolus, & Satanus, & ligauit eum per annos mille. Et misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Et post haec oportet illum solui modico tempore. Et dixit mihi per hunc Angelum Christum ipsum accipiendum esse, vt ait communis sententia*

Christus Angelus habens clauem inferni. Apoc. 1. 18. Potestatis suae catenam legem ligat. illum detruat, & claudit in inferno.

is enim est, qui per Incarnationis mysterium de caelo descendit, & qui habet clauem abyssi, id est, inferni, quemadmodum ipsemet Christus de se dixit cap. 1. *Habeo clauem mortis, & inferni*, vt eo loco fusc diximus. *Catenam magnam* potestatis eius intelligit: igitur est, qui apprehendit *draconem serpente antiquum*, id est, Diabolum, eumque *ligatum*, hoc est, suae potentiae, & imperij catena detinuit, in inferni carcerem detruat, vbi erit per mille annos, hoc est, usque ad Antichristi tempora, vt sectione superiori vberius explicauimus. *Et clausit, & signauit super illum*, id est, super diabolum, non super abyssum, vt patet

ex





ex Græco contextu. Claudere, & signare est Dæmonem ita clausum in inferno tenere, ut nulla creata potentia inde eum possit educere: quippe cum nemo præter Christum clavem abyssi habeat, ut eam possit aperire. Idcirco autem clausit Christus Dæmonem in inferno, ut ne gentes seduceret toto isto Evangelicæ prædicationis tempore; sed possent illa liberè ad fidem converteri, Christi que fides, ac religio feliciter toto orbe propagari, his mille annis, hoc est, toto eodem tempore, quod à Christo ad Antichristum excurreret. Tunc enim iterum solvetur Sathanas, modico tamen tempore, hoc est, tribus annis cum dimidio, quibus gravissimam adversus Ecclesiam per Antichristum persecutionem concitabit.

Porro per serpentem antiquum: hoc loco non Dæmones in genere, sed nomina tum ipsiusmet Luciferi vniuersorum Dæmonum Principem accipiendum arbitramur, significari que Luciferum, qui antea in hoc mundo pro libito versabatur, fuisse per passionem, & mortem Christi ad inferni carcerem detrusum, ibique Christi potentia, & imperio religatum, sublata omni inde ad nos exeundi potestate. Itaque non posse modò per se ipsum fidelibus obistere, & cursum Evangelicæ prædicationis, gentium que conversionis impedire, quanuis non desint alij in hoc mundo Dæmones, qui id præsent, sed non tanta tamen vi, & potentia, quantam Lucifer ipse, si adesset, adhibere potuisset. Addimus, Deinde eundem Luciferum temporibus Antichristi Diuina permissione soluendum, egressurumque ex inferni carceribus, atque omnem operam, & industriam in persequendis fidelibus positurum tribus annis cum dimidio, quod temporis spatium hoc loco modicum appellatur.

Ne verò alicui nouum videatur Luciferum, qui à principio mundi liberè in hoc mundo per seipsū grassabatur, detrusum fuisse à Christo per passionem, & mortem ad inferos, ibique modò vsque ad tempora Antichristi vincitū, ligatumque teneri: id expresse docet D. Gregor. libro quarto Moralium ad illa verba capitis tertij: *Maledicant ei, qui male dicunt dei, qui parati sunt suscitare Leuiathan: vbi afferens illud Eliaie vigesimo septimo: In illudis visitabit Dominus in gladio suo duro, & gradibus, & foris super Leuiathan serpentem veilem, & super Leuiathan serpentem tortuosum: Quarendum, inquit, nobis est, cur qui serpentem dixerat, tortuosumque illico subiungens interposuit veilem, nisi forte, quòd in scripturis tortitudine fluxa mollities, in veile autem est duritia rigiditas. Et ergo hunc & durum signaret, & mollem, & veilem nominat, & serpentem. Durus quippe est per malitiam, & molli per blandimenta. Veile ergo dicitur, quia usque ad necem percutit: serpens, quia se per insidias molliiter insundit, hunc Leuiathan electi. Angelorum Spiritus nunc in putei abyssi clausum premunt, unde scriptum est: Vidi angelum descendentem de celo, habentem clauem abyssi, catenam magnam in manu sua & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Sathanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum. Quem tamen in mundi fine ad apertiora certamina reuocant, & totum contra nos in suis viribus relaxant, unde illic rursus scriptum est: Cum completi fuerint mille anni soluetur Sathanas. Ille enim apostata Angelus, qui ita conditus fuerat, ut Angelorum ceteris legionibus emineret: ita superbiendo succubuit, ut nunc statim Angelorum dissoni substratus sit, quatenus vel nunc ad utilitatem nostram eo ministratibus religatus lateat, vel tunc ad probationem nostram eius relaxantibus totis se contra nos viribus solutus exerceat. Quia igitur hi electi Spiritus superbum apostatam reprimunt, qui humiles hunc sequi noluerunt, ipsiq; administratibus disponitur, ut ad intentionem apertis certaminis destruendus funditus quandoque reuocetur, dicitur rectè: Qui parati sunt suscitare Leuiathan. Hæc Greg. Quæsi cornis hunc locum Apocalypsis de ipso met Luciferò & Dæmonum Principe in abyssi religando intellexisse. Atque in hunc etiam sensum accipiendum est illud Christi Ioannis duodecimo: Nunc Princeps huius mundi eiecitur foras: & illud Matthæi duodecimo: Quomodo potest quisquam intrare in*

II.  
Per serpentem antiquum Luciferus intelligendus.

III.  
Probat ex D. Greg. Scriptura. D. Greg. Iob. 3. 8. Esai. 27. 1.

Cur Leuiathan Serpens tortuosus, & veilem dicitur. Angelorum in illum imperium.

Mat. 12. 29.





dominam fortis & vase eius diripere, nisi prius alligauerit fortem?

III.

De abyssu  
mystica ex-  
positio.  
Ambertus.  
Haymo.  
D. August.

Quare expositio Amberti, & Haymonis per abyssum multitudinem impiorum intelligentiam minimè nobis probatur. Eam verò illi mutuati sunt ab Augustino libr. 20. de Civitate, capit. 7. vbi Augustinus totum huius loco cum latè persequitur, & inter alia. *Misist*, inquit, *Diabolus in abyssu*: quo nomine significata est multitudo innumera bilis impiorum, quorum in malignitate adversus Ecclesiam Dei multum profunda sunt corda, non quia ibi Diabolus ante non erat, sed ideo dicitur illud missus, quia exclusus à credentibus plus impios possidere. Hæc ille. Quæ tamè nobis videntur mystica potius esse, quàm contextui, & instituto Ioannis congruentia.

V.

De quo inle-  
cio sit hoc ser-  
mo, substatio  
prima.  
D. August.  
sententia.

Sequitur. *Et vidi sedes: & sederunt super eas, & iudicium datum est illis; & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adoraverunt bestiam, neque imaginem eius, neque acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis, & vixerunt, & regnaverunt cum Christo mille annis. Ceteri mortuorum non vixerunt, donec consummetur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mori non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei, & Christi: & regnabunt cum illo mille annis. Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur Sathanas de carcere suo, & exibit, & seducet gentes. In his verbis pleraque sunt explicatu difficillima. Vnum est, de quoniam iudicium sit sermo cum dicitur: *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis*: videlicet de extremo iudicio, an de aliquo alio? D. August. libr. vigesimo, de Civitate, cap. nono exillimatur non esse sermonem de extremo iudicio, sed de iudicio, quod nunc exercet in Ecclesia prælati Ecclesiastici, quibus à Christo datum est iudicium ligandi, atque solvendi: itaque horum Præpositorum sedes visas esse à Ioanne, & de eorum in Ecclesia iudicio sermonem institui. Tum verò, quod sequitur de regno Sanctorum cum Christo mille annis, ait in hac vita esse accipiendum, eo quod Ecclesia regnum cælorum dicatur, in quo sancti regnant cum Christo: quoniam cum eo resurgentes, quæ sursum sunt, quarunt, quæ sursum sunt, sapiunt, non quæ super terram. *Mille annis*, hoc est, toto tempore primi adventus Christi. Atque hanc vult appellari primam resurrectionem, & his eisdem mille annis animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, id est, animas Martyrum, qui pro Christo sanguinem, & vitam profuderunt, & regnare in cælo cum Christo per visionem beatificam. Quamvis enim id omnibus iustis, qui in gratia decedunt, conveniat: Martyres tamen potissimum commemorari, quod illi præcipue ob excellentiam martyrij dicantur cum Christo regnare: quanquam & à parte totum intelligendum sit. Denique quod subiungitur: *Et qui non adoraverunt bestiam, neque imaginem eius, neque acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis*: quæ verba cum ista expositione pugnare videbantur, siquidem supponunt sermonem esse de extremo iudicio, post quod iudicium regnabunt cum Christo qui Antichristo minimè adhaerunt, nec eius characterem in frontibus aut in manibus impressum gestaverunt (coactus est Augustinus allegoricè interpretari, ac per bestiam populum infidelium, per imaginem verò eius simulationem intelligere quam habent scilicet iij, qui cum fidem profiteantur, infideliter tamen vivunt. Itaque ab illis ait non adorari bestiam, qui infidelitatem respuunt: ab ijs autem non accipi characterem bestiae, qui ne speciem quidem, & notari*

VI.

Regnat cum  
Christo toto  
tempore prio-  
ris adventus  
Sancti ex  
August.

infidelitatis accipiunt.

Sed præstat audire ipsummet Aug. *Inter ea*, inquit, *dum mille annis ligatus est diabolus, sancti regnant cum Christo, etiam ipsi mille annis eisdem sine dubio, & eodem modo intelligendis, id est, isto iam tempore prioris eius adventus. Nisi enim alio aliquo modo longe quidem impari iam nunc regnarent cum illo sancti eius, quibus ait: Ecce ego vobiscum sum usque*



usque in consummationem seculi: profecto non etiam nunc diceretur Ecclesia regnum eius, re-  
gnante calorum. Regnant itaque cum illo etiam nunc sancti eius, aliter quidem, quam tunc  
regnabunt. Regnant cum illo qui faciunt, quod Apostolus ait: Si consurrexisti cum Christo,  
qua sursum sunt, sapite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: qua sursum sunt querite, non qua  
super terram. De qualibus item dicit, quod eorum conversatio sit in calis. Postremo regnant cum  
illo, qui eo modo sunt in regno eius, ut sint etiam ipsi regnum eius. Et de hac prima resurrectione,  
qua nunc est, liber iste loquitur. Cum enim dixisset alligari diabolum mille annis, & postea solui  
breui tempore, mox recapitulando, quod in istis mille annis agat Ecclesia, vel agatur in ea, Et vi-  
di, inquit, sedes, & sedentes super eas, & iudicium datum est. Non hoc putandum est de ultimo  
iudicio dici, sed sedes Praepositorum, & ipsi Praepositi intelligendi sunt, per quos Ecclesia nunc gu-  
bernatur. Iudicium autem datum nullum melius accipiendum videtur, quam id quod dictum  
est: Qua ligaveritis in terra, ligata erunt in calo: unde Apostolus, Quid enim mihi est, inquit,  
deus, qui foris sunt, iudicare: Nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? Et anima, inquit, occi-  
forum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei: subauditur, quod postea dicitur: Et  
regnauerunt cum Iesu mille annis, animae scilicet Martyrum nondum sibi corporibus suis redditae.  
Quamvis ergo cum suis corporibus nondum sunt, im tamen eorum anime regnat cum illo: dum  
isti mille anni decurrunt. Regnat itaque cum Christo nunc primis Ecclesia in vivis, & mortuis.  
Sed ideo tantummodo Martyrum animas commemoravit quia ipsi praecipue regnant mortui, qui  
usque ad mortem pro veritate certaverunt. Sed a parte eorum etiam caeteri mortui: intelligimus  
pertinere ad Ecclesiam, quod est regnum Christi. Quod vero sequitur: Et qui non adoraverunt  
bestiam, nec imaginem eius, nec acceperunt inscriptionem in fronte, aut in manu sua simul de vi-  
uis, ac mortuis debemus accipere. Quae sit pariter ista bestia, quamvis sit diligentius inquirendum,  
non tamen abhorret a fide recta, ut ipsa impia civitas intelligatur, & populus infidelium contra-  
rius populo fidei, & civitati Dei. Imago vero eius simulatio eius mihi videtur in eis videlicet  
hominibus, qui velut fidei profitentur, & infideliter vivunt. Fingunt enim se esse, quod non  
sunt, vocanturque non veraci effigie, sed fallaci imagine Christiani. Et qui sunt, qui bestiam non  
adorant, nec imaginem eius, nisi qui faciunt quod ait Apostolus: Ne sitis iugum ducentes cum  
infidelibus: non adorant enim, id est, non consentiunt, non subiiciuntur, neque recipiunt  
inscriptionem, notam scilicet criminis in fronte propter professionem, in manu propter operatio-  
nes. Haec tamen Aug. Cuius expositionem secuti sunt Beda, Rupertus, Ansbertus  
& alij.

Verum ea nobis minimè probatur. Primis. Quoniam sermonè esse de extremo  
iudicio, cum dicitur: Et *vidi* sedes, & *sedentes* super eas, & *iudicium datum est illis*: mani-  
festè ex ipso contextu evincitur, cum mox sequatur post id iudicium regnatos esse  
cum Christo eos, qui non adoraverunt bestiam, nec imaginem eius, nec eius chara-  
cterè acceperunt. Quibus verbis negari non potest esse sermonè de his, qui antichri-  
sti partes secuti non fuerunt: is enim est, qui per bestiam accipi debet, qui sua ipsius  
imaginem omnibus adorandam proponet, compellètque omnes, ut characterè  
suum siue in manu, siue in fronte impellum gerant, ut in eo loco siue explicavi-  
mus. Nam quod ait Aug. per bestiam populum infidelium accipiendum esse, totaque  
eius interpretatio deus, qui imaginem bestie adorare noluerunt, neque characterè  
eius gestare, plane a contextu, & instituto Ioan. abhorret, qui de Antichristo di-  
ferre loquitur, ut ex superioribus est perspicuum. Deinde coactum est dicere illud,  
Et *regnauerunt cum Christo*, ad praesentem Ecclesia statum referendum esse: quomo-  
do enim dici possunt regnare modò cum Christo, ut vult Aug. sancti illi, qui variis  
hinc inde laboribus, & persecutionibus propter Christum exercentur, qui còtu-  
melliis, & iniuriis proscinduntur, qui includuntur carceribus, qui caduntur fla-  
gellis, qui toto corpore exquiritissimis tormentis, & cruciatibus laerentur: non

Mat. 18 20  
Col. 3. 1.  
Philip. 3 20  
Non ultimè,  
sed praesens  
praepositorum  
Ecclesia hu-  
diciu hoc loco  
intelligit.  
Mat. 18 28.  
1 Cor. 12  
Cur tantum  
Martyrum  
animas re-  
gnare com-  
memoret  
Ioan.  
Per bestiam  
accipit Aug.  
populum in-  
fidelium,  
per imaginem  
bestie hypo-  
critarum si-  
mulationem.  
2. Cor. 6. 14  
Beda, Rup.  
Ansbertus.

VII.  
Non proba-  
tur hac ex-  
positio.  
De extremo  
iudicio hoc  
loco sermo  
est.  
Ite de futuro  
Christi re-  
gno.





hi sane, cum ista patiuntur, regnare cum Christo, sed pati potius cum Christo dicendi sunt, iuxta illud 2. ad Timoth. 2. *Fidelis sermo, nam si commortui sumus, & conuincemus: si sustinebimus, & conregnabimus.* Sit igitur constitutum, cum dicitur visas esse sedes, datumque iudicium iis, qui in sedibus illis apparuerunt, sermonem esse de extremo iudicio: & cum subiungitur animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, neque eius characterem in manibus, aut in frontibus acceperunt, regnasse cum Christo, loqui Ioannem de iis, qui iam huius vite laboribus perfuncti felicissimo Dei conspectu petrauntur, & ita cum Christo in caelis regnant. Quamquam verò id omnibus sanctis iam in caelo regnantibus conueniat: peculiaritamen ratione Martyres commemorantur, quod ij potissimum excellentiori quodam modo regno Christi, & gloria potiantur.

## VIII.

De quibus  
annorum mil-  
liarum sit hic  
sermo dubi-  
tatio secunda

Sed hinc iam oritur secunda, eaque valde implicita dubitatio, quomodo cum precedentibus cohaereat, quod de mille annis subiungitur: *Et ceteri, & regnauerunt cum Christo mille annis: & paulo post: Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanus.* Si enim, ut diximus, iudicium, de quo loquitur Ioannes, est extremum iudicium, post quod scilicet regnare debeant cum Christo, qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, neque characterem eius acceperunt, hoc est, ij, qui non adhaeserunt Antichristo: quomodo per mille annos initio intelleximus tempus, quod a passione Christi vsque ad Antichristum excurret? Si enim illi qui non adhaeserunt Antichristo, regnaturi dicuntur mille annis, idque post extremum iudicium, sanè mille anni non antecedunt, sed subsequuntur Antichristum: imo & ipsum extremum iudicium consequuntur. Quod si admittamus, quinà verum esse potest illud, quod subiungitur: *Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanus.* Nam nec mille anni, quibus sancti post extremum iudicium regnaturi sunt cum Christo, vnquam consummari poterunt: nec eo tempore Satanus soluendus est: imo eum soluendum esse tempore Antichristi, modico videlicet tempore, hoc est, tribus annis cum dimidio superius cum Ioanne, & communitententia docuimus. Quare non videntur ea, quae de mille annis regni sanctorum, & de soluendo post mille annos Satana à Ioanne dicuntur, cum iis, quae paulò ante diximus, coherere. D. Amb. in comment. super Apoc. (si eius sunt) ita respondet. *Per animas, inquit, intersectorum propter verbum Dei, & testimonium Iesu Martyres, qui diuersis temporibus interfecti sunt, possumus accipere: per eos vero, qui non adorauerunt bestiam, nec imaginem eius, eos qui ab Antichristo interficiendi sunt, puto esse intelligendos. Ipsi ergo vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis, quia quantum corpore sint interfecti, secundum animam tamen viuunt cum Christo in caelesti beatitudine. Sed quare dicitur nobis est, quomodo electi, qui instante fine mundi nascituri sunt, cum Christo mille annis regnare dicantur cum tempus mille annorum non ad futurum tempus, quod sine fine est, sed ad praesens potius pertineat, quod in fine mundi consummabitur, & in quo fides Euangelij per vniversum orbem florens electos quotidie ad vitam aeternam percipiendam dirigit. Quod ita soluendum puto ad tempus ab Ascensione Christi vsque ad finem mundi, quod per mille annos designatur, omnibus electis deputatum est, ut in eo sine corporibus caelesti gloria cum Domino perfruantur. Et scimus, quia omnes electi membra Christi sunt, & ex multis membris vnum corpus efficitur, & si gloriantur vnum membrum, congraudent omnia membra. Gaudium igitur praecedentium sanctorum illorum nihilominus erit, qui in fine mundi nascituri sunt: quia vni corpus efficiantur cum eis, & in alio possidebunt, quod ipsis deerit. Hac ille.*

D. Ambrosii  
responsio.

Quomodo  
electi in fine  
mundi nasci-  
turi mille an-  
nis cum Chri-  
sto regnant.

## XI.

Itaque vides Ambrosium ita putare nodum istum dissoluendum, ut illi, qui non adorauerunt bestiam, nec imaginem eius dicantur regnare mille annis, id est, tempore illo.



illo, quod ab Ascensione, vel potius Passione Christi ad finem mundi, seu potius usque ad Antichristi sicut in nostra, & veteri de istor similitudinorū sepputatione sententia, ex citree: non quia per se ipsos, sed per illos omnes sanctos, qui a passione Christi usque ad Antichristi sicut in nostra, & veteri: Christo regnabunt, eo quod cum omnes electi membra sint Christi, ex quibus unū corpus efficitur, cum alii sancti regnant cū Christo, ceteri quoque omnes regnare cōsentent, iuxta illud Pauli 1. Cor. 4. 8. *in nobis regnatis, ut et in vobis regnum.* Et hoc hęc Ambrosii expositio non dicitur quod dissolvit, & in tanta difficultate probati possent, nisi dicitur solum videretur dicere, cū ij, qui non adoraverunt bestiam, nec imaginem eius, dicuntur regnare cū Christo: accipiendū idcirco esse, non quod per se ipsos, sed per precedentes sanctos, & electos regnauerunt. Illud etiā non parū obstat, quod regnare dicantur a Ioanne post iudicium illud datū iis, qui in fedibus residebant, quod iudicium nos extremum omnino esse superius confirmavimus.

Aliam ergo eiusdem nodi dissolutionem excogitavit Franciscus Ribera, videlicet, cum dicitur: *Et regnauerunt cum Christo mille annis* non esse id totum referendū ad eos, qui non adoraverunt bestiam, nec imaginem eius, sed ad animas. See. 1. lat. eorum propter testimonium Iesu, hoc est ad eos, qui eū hęc a Ioanne bētibebant, tūq; in mortem pro Christo oppeterant. Ceterū hęc responsio manifeste, & manifeste videtur cōtextui, si quidem Ioannes cōtinuat sermōem, & hęc ordine loquitur, diciturque affirmat eos, qui non adoraverunt bestiam, nec imaginem eius, mille annis cum Christo regnatos: *Idcirco inquit, in eos de collariorū propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adoraverunt bestiam, nec imaginem eius, neque acciperunt charactē eius in frontibus aut in manibus suis, & regnauerunt cum Christo mille annis.* Quibusnam quæso verbis clarioribus potuisset Ioan. significare eos, qui non adoraverunt bestiam, nec imaginem eius, vixisse, & cum Christo in celo regnare? Quare aliam nobis ratio qua venida est ad hunc nodum expediendam.

1. Cor. 4. 8. Durissimule videtur.

X. Ribera item responsio non probatur.

XI. Vera responsio, Ioannem in mille annorum acceptio ne variasse.

Castro.

Ad hoc asserendum necessaria ratio.

XII. In Scriptura eodem capite temporis significatio variatio non insolens. Dan. 7. 12.

Putamus igitur Ioannem hoc loco in mille annorum acceptio ne variasse: Itaque quamquam mille anni hoc capite illud tempus significent, quod a passione Christi usque ad Antichristi adventū extēdit, tamen cum dicitur eos, qui non adoraverunt bestiam, nec imaginem eius, nec eius characterem acceperunt, vixisse, & regnasse cum Christo mille annis, istos illos annos ad eternitatem esse referendos: significare que sempiternam illam durationem, quam sancti cum Christo in omnem aternitatem regnabunt, nullenā numero, qui perfectionem cōtinet, pro tota ea duratione posito. Fuit enim hęc quadam veluti parenthesis, quā Ioannes hoc loco de sanctorum felicitate interpolavit. Ne verō solū hoc asserere videamur, idē asserunt Alfonso à Castro lib. 3. contra hereses, de statuto dicitur hęc 1. quāquam de reliquis mille annis, qui hoc capite commemorantur, nō dispuset nec difficultatibus occurrat. Mouet miras hęc asserendum hęc cellariatione. Nam cum Ioannes agat de extremo iudicio, ut in superioribus eo ipso contextu manifeste ostendimus, & statim subiungat eos, qui non adoraverunt bestiam, hoc est Antichristi, nec imaginem eius, neque characterem eius acceperunt, vixisse, & regnasse cū Christo mille annis, quosnam quæso alios mille annos oportet accipere, nisi eos qui extremum iudicium cōsequuntur, hoc est, durationē illam, qua sancti, praecipue vero ij, qui Antichristo resistunt, cum Christo in omnem eternitatem regnabunt. Cetera tamen omnes expositiones vel secum ipse non coherent, vel manifestam vim contextui afferunt, ut ex iis, qua diximus, palam est.

Nec vero insolens est in sacris literis eodem ipso capite idem nomen temporis aliter, atque aliter usurpari. Etenim Danielis 7. ita legimus: *Et dedit illi regnum.* Hh h iij





Duo. 7. 12.

quoque bestiarum ablata esset potestas, & tempora vite constituta essent eis usque ad tempus, & tempus. Vbi est sermo de tribus imperiis, Babylonico, Persico, & Macedonico, quibus certum durationis tempus praefinitur usque ad tempus, & tempus, hoc est, aliud, quidem breviori, aliud longiori tempore perdurabit, iuxta ordinem à Dei providentia constitutum. Quo fit, ut cum dicitur, usque ad tempus, & tempus, nomen tempus non eodem semper modo usurpari debeat: sed in imperio Babylonico, & in primo anno Cyri primi Regis Persarum finita est, pro sexaginta annis in imperio Persarum à Cyro usque ad Alexandrum Magnum pro annis circiter ducentis triginta in imperio Macedonico, si numerare incipias ab Alexandro Macedone usque ad Pompeium Magnum, qui Macedoniam Romanis subiecit, totumque spatium interiectum Macedonico Imperio tribuas, licet multas sub id tempus vicissitudines imperii principatus subierit, pro centum quinquaginta circiter annis. Praeterea cum tempus eo loco non solum pro tempore sumatur, sexaginta scilicet, & ducentis triginta, eorum quinquaginta annis, paulo post tamen eodem capite pro vno tantum anno accipitur, cum de persecutione Antichristi dicitur, & manserit contra excelsum loquetur, & sicut abstrusum conteret, & peritabit, quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manus eius usque ad tempus, & tempus, & dimidium tempus. Quo loco de communi sententia significatur Antichristi principatum, & persecutionem tribus annis cum dimidio duraturam, sumendumque adeo tempus pro vno anno, tempora pro duobus annis, dimidium temporis pro anni dimidio. Cernis igitur unum, & idem temporis nomen vno, & eodem capite Danjelicis pro multis annis, & pro vno tantum anno usque pariter ut iam mirum videri non debeat, si hoc ipso capite Apocalypsis mille anni variè usurpentur, & pro tempore scilicet, quod à passione Christi usque ad Antichristi adventum excurret, & pro illa felici, sempiternaque duratione, quae extremum iudicium consequetur, in qua sancti omnes cum Christo in omnem aeternitatem regnaturi memorantur.

Trium imperiorum duratio.

Regni Antichristi duratio.

XIII.

Ribera obiectio.

Diluitur.

Quamquam sint mille anni, qui consummandi dicuntur.

Superest, ut illam obiectionem diluamus, qua Franciscus Ribera hanc nostram expositionem conuelleret conaturus, et est Ioanne, postquam dixerat: Fixerunt, & regnauerunt cum Christo annis: paulo post adiungere: Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanus, & seducet gentes. Nam cum manifestum sit illos mille annos, hoc est, aeternitatem, quae extremum iudicium consequetur, nullo unquam tempore consummandos, neque iam deinceps soluedum Satanam, sed futurum ve gentes, illud necessarium videtur euinciallos mille annos, quibus sancti cum Christo dicuntur regnare, nullo pacto ad aeternitatem esse referendos. Verum haec obiectio ex dictis facile diluitur: diximus enim Ioannem more prophetico in mille annorum accceptione variasse itaque cum dicere cepisset de aduentu Christi, quem illo Angelo descendente de caelo, & habente clauem abyssi expressum fuisse diximus, commemorassetque, quomodo per passionem suam Luciferum apud inferos relegisset mille annis, qui ab eius passione usque ad Antichristi aduentum computari debent, & obiter, ac veluti per parenthesim de extremo iudicio, felicitate quo sanctorum, & eorum praecipue, qui Antichristo non consentient, sermonem in integrum restituit ad institutam narrationem de Lucifero per mille annos in abyso relegato, & iterum soluendo reuertisse, dixissetque. Et postquam consummati fuerint mille anni, soluetur Satanus. Quo fit, ut illi mille anni, qui consummandi dicuntur, ad illos mille annos pertineant, quibus dictum erat ligatum fuisse Satanam: non vero ad illos, quibus sancti cum Christo post extremum iudicium regnabunt. In enim nunquam consummabuntur, sed in omni aeternitatem per-



perdurabunt. Et ita iuxta hanc nostram expositionem omnia concidunt, nodul- que difficillimus dissolvitur, in quo soluendo tam multi interpretes deludarunt, cumque, sicut Alexandro cum Gordio nodo contigit, non tam dissolvere, quam abrumperere potuerunt.

Hac expedita difficultate, qua totius contextus ordinem perturbabat, inter- pretationem que remorabatur, facile iam est reliqua omnia explicare. Sequitur igitur: *Ceteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni*, hoc est, reprobi, qui Christum sequi, & imitari noluerunt, sed in lethali peccato obierunt, hi non vixerunt, neque vivent, donec consummentur mille anni. Est iam sermo de impiis, qui a passione Christi usque ad adventum Antichristi dedecent in peccato lethali: hi enim non vixerunt neque vera vita, qua in aeterna felicitate consistit: (sic enim ac- cepta est pauld ante vita, cum de Sanctis dictum est: *Vixerunt, & regnaverunt cum Chris- to*) neque vita etiam corporali, cum mortui sint. Donec, inquit, *consummentur mille anni*. Quoniam cum consummati fuerint mille anni, id est, cum tempus totum ef- fluxerit, non solum usque ad Antichristum, sed etiam usque ad diem iudicij, (sic enim accipiendi sunt hoc loco mille anni) tunc vivet, vita scilicet corporis: siquidem in ge- nerali resurrectione a morte ad vitam revocabuntur. Solet enim resurrectio in la- cris literis etiam reproborum appellari vita, iuxta illud primum ad Corinthios decimo

XIII.

Quandiu non  
vivent qui  
decidunt in  
mortalis.

Resurrectio  
etiam repro-  
borum appel-  
latur vita.  
1. Cor. 15. 22.  
Possum mors  
primam esse,  
qua vita.

quinto: *Sicut in Adā omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur*. Sed ea ra- tione vita reproborum per resurrectionem potius est mors, quam vita simpliciter ap- pellanda: quoniam resurgit, ut propriis in corporibus sempiternis inferorum ignibus additi torqueatur. Vnde pauld post a Ioane mors secunda appellatur: id est, sub- iugitur: *Hæc est resurrectio prima. Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt Sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt cum illo mille anni*.  
Quamquam D. Aug. 120. de Civit. c. 6. & 7. (que m plerique sequuntur) hæc pri- mam resurrectionem velit esse eam, qua quis a peccato ad statum gratie resurgit: tamè verosimilius est, & textui congruentius resurrectionem primam gloriam animæ inter- pretari, eo potissimum, quod Ioanes statim docet eos, quibus congruit prima resur- rectio, immunes, ac liberos esse a morte secunda: *Beatus, inquit, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem*. quod non potest convenire in eos oes, qui a peccato resurgunt, cum certum sit multos a peccato sepius resurge- re, in quos tamè postea potestate habeat mors secunda, hoc est, aeterna damnatio. Appellatur autem animæ gloria resurrectio, non quod anima cum corporibus intereat, ut postea resurgat: sed quoniam sancti cum defunctis corporibus moriuntur, quodam modo in vitam evadere, & resurgere videtur ratione animorum, qui supererunt. Mille vero anni hoc loco totum tempus usque ad iudicium accipiendum est, quo toto tempo- re Sancti per gloriam animæ regnant cum Christo. In his etiam secunda mors non habet potestatem: quoniam liberi iam sunt a damnatione sempiterna, que mors secunda ap- pellatur comparatione mortis, qua anima a corpore separatur, aut etiam mortis animæ per peccatum. Sed erunt Sacerdotes Dei, & Christi: quoniam sacrificium laudis Deo & Christo in omnem aeternitatem offerent: sic enim accipiendum est hoc loco Sacerdotium, de quo genere Sacerdotij plura ad caput primum disputavimus.

XV.

D. August.  
Quid per re-  
surrectionem  
primam intelli-  
gendum sit.

Cur anima  
gloria dica-  
tur resurre-  
ctio.

Damnatio  
sempiterna  
secunda mors  
Sacerdotes  
Dei per sa-  
crificium lau-  
dis erunt  
beati.

Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur *Satanas de carcere suo, & exhibit, & se- ducet gentes, que sunt super quatuor angulos terre, Gog, & Magog, & congregabit eos in praelium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terre, & circueverunt castra sanctorum & civitatem dilectam. Mille anni, qui consum- mandi dicuntur, pro illo tempore sumuntur, quod a passione Christi usque ad*

XVI.





Antichristum excurrerunt enim soluetur Satanas. De Gog, & Magog superiori sectione diximus. Deinde exercitus Antichristi euerfio, Antichristique, & praecursoris eius apud inferos tormenta consequentibus verbis commemorantur: Et descendit ignis a Deo de caelo, & deuorauit eos: & diabolus qui sedebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, ubi & bestia, & Pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Ad litteram, ut verba sonant, accipienda sunt. Verè enim descendit ignis de caelo, qui omnem Antichristi exercitum absumet, bestiaque ipsa id est, Antichristus, & Pseudopropheta, hoc est, insignis ille Antichristi praedicator, & praecursor, quo saepe dictum est, mittentur in stagnum ignis, & sulphuris apud inferos, ibique die ac nocte, id est, absque vlla intermissione sempiternis cruciatibus torquebuntur. De Antichristi exercitu, qui Gog, & Magog nominibus explicari solet, ut praecedenti sect. docuimus, euerfione, qua diuinitus facienda describitur, habes plura apud Ezechiel, cap. 38. Conuocabo aduersus eum id est aduersus Gog, de quo sermo praecesserat) in cunctis montibus meis gladium, ait Dominus Deus gladius vnusquisque in fratrem suum dirigitur, & iudicabo eum peste, sanguine, & imbro uehementi, & lapidibus immensis: ignem, & sulphur pluam super eum, & sapienter exercitum eius, & super populos multos, qui sunt cum eo, & magnificabor, & sanctificabor, & notus erit in oculis multarum gentium, & scient, quia ego Dominus. Eccl. 39. sequenti. Tu autem fili hominis uaticinare aduersus Gog, & dices: Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego super te Gog, Principem caputis Mosoch, & Tubal: & circumagam te, & seducam te, & ascendere te faciam de lateribus Aquilonis, & adducam te super montes Israel: & percuciam arcum tuum in manu sinistra tua, & sagittas tuas de manu dextera deiciam. Super montes Israel caedes tu, & omnia agmina tua, & populi tui, qui sunt tecum: feris anibus, omnique uolucilibus, & bestiis creatae ad te ad deuorandum. Super faciem uagri cadet, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. Et immittam ignem in Magog, & in his, qui habitant in insulis confidenter, & scient, quia ego Dominus. Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populis meis Israel, & non polluiam nomen sanctum meum amplius: & scient gentes, quia ego Dominus sanctus Israel. Ecce uenit, & factum est, ait Dominus Deus: haec est dies, de qua locutus sum. Et exredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent, & comburent arma, clypeum, & hastas, arcum, & sagittas, & baculos, manns, & contros, & succendent ea igni septem annis. Et non portabunt ligna de regionibus, neque succidens de salibus: quoniam arma succendent igne, & depredabuntur eos, quibus prada fuerant, & arripient uasatores suos, ait Dominus Deus. Et erit in die illa dabo Gog locum nominatum, sepulchrorum in Israel ualle uiatorum ad orientem maris, qua obstruere faciet praetercentes: & sepelient ibi Gog, & omnem multitudinem eius, & uocabitur uallus multitudinis Gog. Et sepelient eos domus Israel, ut mundent terram septem mensibus. Haec apud Ezechiel. Vbi cernis multa alia de euerfione Gog, & Magog commemorari, quae à Ioanne praetermissa sunt. Quid uero per septem annos, & septem menses accipiendum sit, non est huius loci discutere; diximus fusè, quid nobis probabilius uideretur in nostris super Ezechiel commentariis, quae tredecim ab hinc annis Conimbricae dictauimus.

Qua hic dicitur de Antichristi euerfione ad litteram accipienda: *Dei uoluntate*

Ezech 38, 21. de Gog, & Magog euerfione plura apud Ezech.

Leu. 19, 1.

Agg. 1, 1.

Amos 9, 1.

1, 1.

1, 1.

XVII.

Dei uoluntate inueni per fugam caeli, & terra intelligitur.

Liber uita est, in quo praedestinati scripti sunt.

Denique commemorat Ioannes generalem omnium hominum resurrectionem, extremumque iudicium. *Uidi*, inquit, *thronum magnum candidum, & sedentem super eum, (Christum intellige) cuius conspectu fugit terra, & calum, & locus non est in uentibus.* Loquitur de inuolutione mundi, quando caeli noui, nouaque terra creanda dicitur, istaque terra, ac calum fugere, hoc est, recedere, seu non esse commemorantur. De qua inuolutione ad initium sequentis capitis dissetemus. *Et uidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est uita.* Liber uita, qui apertus est, haud dubie est liber, in quo soli praedestinati



stinati scripti sunt, ut patet ex illis postremis verbis huius capituli: *Et qui non inuentus est in libro vite scriptus, missus est in stagnum ignis.* Reliqui vero libri, qui etiam aperti sunt, ad reprobos spectant: qui quonia sunt multo plures, quam predestinati, in multis libris scripti referuntur: cum predestinati, quonia comparatione reproborum pauci sunt (si de hominibus tantum, non etiam de Angelis, loquamur) in vno tantum libro scripti apparuerint. Aduerte autem libros istos metaphoricè esse intelligendos: etenim, ut docet D. Thom. 1. p. q. 24. art. 2. quia consuetum est apud homines, ut illi, qui ad aliquid eliguntur, in libro describantur: predestinati autem à Deo ad gloria eliguntur: idcirco ipsa Dei noticia, qua Deus firmiter tenet, & quodammodo in suo intellectu conscripta habet, scilicet aliquos predestinasse, liber vite nuncupatur. Id quod etiam suo modo de reprobis accipiendum est, ut videlicet libris conferatur Diuina ipsa cognitio, qua intelligit, quid quisque eorum gesserit, & noticia, qua perspectum habet, quina sempiternis inferorù suppliciiis addicendi sunt. Quamquam non idcirco debeat dici Deus habere librum mortis propter reprobos, sicut habet librum vite propter electos: quonia, ut rectè annotauit eodè loco sanctus Doctor, non est in more positum, ut ij, qui repudiantur, & reiciuntur, in album à Principe referatur. Iuxta igitur ea, quae in his libris scripta erant vniuersi iudicati sunt, ut ait Ioannes: *Et iudicati sunt mortui* (id est, qui mortui fuerant à iudicij tempore iam viuèbāt) *ex his, quae scripta erant in libris secundum opera ipsorum.*

Adde Ioannes: *Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis. Hac est mors secunda. Et qui non est inuentus in libro vite scriptus, missus est in stagnum ignis.* Quod de iudicio, & resurrectione breuiter dixerat Ioannes, per recapitulationem accipienda sunt, ut merito dixit August. lib. 20. de Civit. cap. 14. alio qui enim quomodo post apertos libros, factumque ex illis iudicium, de generali resurrectione differitur, cum resurrectio precedere iudicium debeat, nisi ad recapitulationis figuram recurramus? Mare hoc loco proprie accipiendum arbitramur, ut daturum dicatur corpora eorum, qui in eo submersi perierunt. Porro infernus etiam dabit mortuos suos, id est, animas omnes, quas eo tempore tenuerit. Denique mors etiam dabit corpora eorum omnium, qui in terra vel sepulti, vel cremati, aut à bestiis, imò etiam ab hominibus, qui idcirco Anthropophagi appellantur, deuorati fuerint: itaque mors hoc loco ab inferno, & mari iudicatur ad danda videlicet corpora, quae in terra perierunt. Cernis igitur hoc loco mortuos interdum pro animabus, interdum pro corporibus usurpati. Caeli autem nulla fit mentio, cum ipsum quoque multa corpora, & animas habeat: quonia quod attinet ad illos, qui ibi iam in gloriosis agunt corporibus, cum iam resurrexerint immortales, non erat, cur de illis in generali ad iudicium resurrectione ratio haberetur. Quod verò spectat ad animas quae in caelo exutae corporibus Deo perfruuntur, & iterum ad corpora, cum fiet generalis resurrectio, redibunt: nec etiam ille commemoranda fuerant. Quonia Ioannis institutum est agere de resurrectione mortuorum: at semper hoc capite supposuit electorum animas, quae iam beatitudinè consecutae fuerant, non mortuas esse, sed viuere, & regnare cum Christo. Nam cum humana animae immortales natura sua sint, & postquam à Deo semel creantur sempiternae, mori non possunt nisi spirituali morte, quae duplex est, vel peccati scilicet, vel aeternae damnationis, quae comparatione prioris appellatur hoc ipso capite mors secunda. Cum igitur animae beatae à duplici ista morte liberae, immunesque sint, non debuerant à Ioane mortuorum, de quorum resurrectione differerat, appellatione

Reprobi in multis scripti.

XIX

Notitia Dei de predestinatione eius liber dicitur. D. Thom.

Non habet Deus librum mortis, cur.

XVIII.

Recapitulationis figura videtur hic Ioan. D. August.

Mortui maris, inferni, & mors quoniam.

Caelum non habet mortuos, de quibus fiat mentio.



comprehendi. Quæ ratio in animabus quæ apud inferos detinentur, locum non habet: siquidem eæ omnes utramque mortem, & primam, & secundam iuberunt, atque adeo meritò mortuorum nomine cenferi debuerunt.

XIX. Atque hanc putamus esse germanam expositionem huius loci: non illâ, quam quidam Recentiores tradiderunt, videlicet per mortuos sola corpora esse accipienda, & ideo nullam cæli mentionem factam esse, quod in cælo nulla sint corpora, quæ debeant resurgere: cum omnia, quæ ibi reperiuntur, gloriosa sint,

Non sola corpora, sed animæ etiam mortuorum nomine intelliguntur.

& iam multò ante resurrexerint. Si enim corpora dumtaxat, per mortuos intellexit Ioannes, cur ait infernum quoque daturum mortuos suos, cum in inferno nulla sint corpora? Nam quod aiunt de corporibus Dathan, & Abiron, imò & Antichristi, & Pseudoprophete eius præcursoris, qui in sacris literis dicuntur à terra absorpti, & viuentes ad inferos descendisse, non est sensus, quod viui in suis corporibus ad inferos vsque descenderint: sed quod viui absorpti sint à terra, & ad aliquam eius profunditatē viui peruenierint: tum verò ibi obierint, & ibidem manserint eorū corpora, animæ autem solæ ad infernum descenderint. Quod de

Dathan, & Abiron, & alij non viui ad inferos perueniunt. Abulens. Caiet.

Infernus, & mors missi in stagnum ignis. Diabolus intelligitur. D. August. Apoc. 1. 18.

Dathan, & Abiron sentit Abul. q. 18. in 16. c. Num. & Caiet. in eundem locum, ubi docet nihil aliud significari, quàm viuos esse sepeliendos, cum alij homines non viui, sed mortui sepeliuntur: idemque plane de Antichristo, & Pseudopropheta illo eius præcursore existimare oportet. Ex quo fit, ut cum dicitur infernus daturus esse mortuos suos, id non de corporibus, sed de animabus ibi detentis accipiendū sit. Quod demum subiungitur: *Infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis: & inferni, & mortis nomine significatur Diabolus, ut ait D. Aug. lib. 20. de Ciuit. c. 15. Et est communis expositio: id quod nos etiã docuimus c. 1. huius operis ad illa verba: Habeo clauem mortis, & inferni.* Ratio verò, cur Diabolus iis nominibus censeatur, ea est, quam loco citato assertit August. quoniam scilicet mortis, & infernarum pœnarum auctor est. Itaque cum dicitur: *Infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis:* periphralis est eius, quod paulò ante dictum fuerat: *Diabolus, qui seducebat gentes, missus est in stagnum ignis, & sulphuris.* Porro postrema illa verba, quibus caput hoc difficillimum concluditur: *Et hæc est mors secunda, & qui non inuentus est in libro vite scriptus, missus est in stagnum ignis:* non est, cur iterum explicemus, cum iam in superioribus eorum expositionem tradiderimus.

Illustratur illa sententia.

Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vita.

### SECTIO III.

I Explicato duabus sectionibus præcedentibus contextu, illa potissimùm sententia magis illustranda videbitur, quæ est de extremo iudicio: *Et libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vita, & indicati sunt mortui ex his, qui scripti erant in libris secundum opera ipsorum.* De iis enim, quæ ad persecutionem Antichristi, eiusque interitum, & damnationem pertinent, in nostro tractatu de Antichristo copiosè disseruimus. Reliqua verò iam magna ex parte aliis in locis huius operis illustrata reddidimus. Ut igitur paulò altius ordiamur, sciendū est propter certam, exploratamque notitiam: quam Deus habet omnium actionū humanarū, iuxta illud Pl. 138. *Domine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.* (id est, quādo sedeo, quādo etiã surgo.) *Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meam, & funiculum meum inuestigasti: & omnes vias meas præuidisti: dicitur habere librum in quo omnia: quæ à nobis tum bene, tum male geruntur, simulque præmia bonis actionibus, supplicia sceleribus constituta continentur, qui*

Certa Dei cognitio de hominum actionibus liber monumenti, sine memoriis. Psal. 138. 1.

liber



liber appellatur Malac. 3. *liber monumenti. Tunc, inquit, locuti sunt timentes Dominum, unusquisque cum proximo suo: Et attendit Dominus, & auditur, & scriptus est liber monumenti coram eis timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius.* Quo loco per librum monumenti Lyran. Dion. Carth. Hugo Card. & alij Diuinam scientiam, & cognitionem accipiunt. Hebr. pro lib. monumenti est, ספר זכרון, id est, liber memoriae, seu liber memorialis, idemque nomen est Esth. 6. cum rex Assuerus iussit sibi afferri historias, & annales priorum temporum. Habetur enim Hebr. ספר הזכרונות, hoc est, librum memorialium, historiarum, monumentorum. Et 2. Reg. 8. & 1. Paral. 18. Porro Iob filius Sarisa erat super exercitum, & Iosaphat filius Achilud à commentariis. Vbi est idem nomen Hebraicum, hoc est, vel cui annales conferberet, vel qui subditorum causas, & memorata Regi in memoriam reuocaret. Curabat enim, Rex equissimus, ne sibi subditorum causa, & merita, ac pro Republica exantlati labores pro oblivionem excederent: eamque curam noluit esse subditorum, sed sibi peculiarem, & propriam pro Regali munere esse putavit: cuius exemplum secutus filius Salomon alium & ipse quendam sibi à commentariis designavit, 3. Reg. 4. Ita que more hominum dicitur Deus habere librum memorialem, in quo omnia describantur, ne aliquid unquam vel leuissimum possit excidere. De quo memoriali libro iniquitatem suam deleri postulabat Rex David, cum dicebat, Pl. 24. *Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum, quae à seculo sunt. Delicta iuuentutis meae, & ignorantiam meam ne memineris.* Quasi diceret: Miserationes, & misericordiae tuae dignae sunt, quae tantamquam praecelara, & te digna facinora, & res à te gestae illustrissimae in tuo memoriali lib. describantur: non autem delicta iuuentutis meae, & ignorantiae meae. Quare dele iniquitates meas de memoriali tuo, nec earum ad puniendum recorderis.

Ad hoc eundem quoque librum spectauit, Iob. c. 31. *Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat Omnipotens, & librum scribat ipse qui iudicat, ut in humero meo portem illum quasi coram me: Cuius loci ea communiter traditur sententia: Quis mihi tribuat aequum auditorem, iustumque rerum aestimatorem, ac iudicem, qui causam meam iudicaret, & librum ipse de meis omnibus rebus describeret: (seu, ut sonant Hebraea) meus aduersarius, seu, vir litis, & contentioni meae, ipse, inquam, qui mecum contendit, de meis rebus librum conscriberet: sanè usque ad eod. fido causae, & conscientiae testimonio, ut pro certo habeam, quod ille idem meus aduersarius innocetiam meam ingenuè testaretur, possemque eum ipsum librum, què ipse de meis factis, rebusque gestis edgeret, palam, & publice humero gestare, videlicet omnibus spectabilem, atque conspicuum tanquam pulcherrimam coronam, & longè clarissimum testimonium probitatis. Iuxta quam expositionem non potuit sanè Iob lumentis innocentiam suam notare facere, quam cum vitae suae, morumque iudices vel ipsos aduersarios requisit. Paulò aliter in hac eadem sententia verlatur Caser. iuxta veritatem Hebraicam, quae sic habet: *Eccè signum meum Sadaai* (vnum est ex decem Dei nominibus) *testificabitur mihi, & librum scripsit vir litium meum.* quasi diceret: Ad hoc cupio habere virum audientem me, ut nunc, quando in promptu adest Omnipotens ad subscribendum, liber, quem vir de lite mea scripsisset, testificaretur mihi subscriptus ab Omnipotente. *Eccè signum meum Sadaai*, id est, signator meus subscribendo est Sadaai, Deus omnia vincens: & liber litium meum testificabitur mihi tanquam subscriptus ab Omnipotente, meamque innocentiam tum praesentibus, eum posteris testatam faciet, dignusque erit, qui à me portetur humeris tanquam illustrissimum quoddam insignis victoriae monumentum. Altera quoque potest esse eiusdem loci expositio, ut nimirum Iob Deum rerum suarum auditorem desideret, & usque ad eod. causae fidat, ut eam Dei ipsius iudicio*

Malac. 16.  
Lyran.  
Dion. Carth.  
Hugo Card.  
Esth. 6. 1.  
1. Reg. 8.  
1. Paral. 18.  
Regu de subditorum causis vigilat.  
3. Reg. 4.  
Ex hoc memoriali sua peccata deleri cupit David.  
Psal. 24. 6.  
Iob. 31.  
Pra conscientie securitate suorum actuum librum vel ab aduersario conscribitur Iob.  
Eum gestaret tanquam coronam.  
Caser.  
Altera eius loci expositio.



committere audeat, postuletque, ut ipsemet Deus, qui omnes iudicat, librum de rebus suis describat, quæ admodum de reliquis humanis actionibus facere consuevit. Quasi dicat: Ipsum Deum cupio habere causæ meæ auditorē, & iudicem, atque, ut in testimoniū veritatis librum ipse de meis rebus describat. Sperdo enim scire, ut is liber in maximam mihi cedat gloriam, & ornamentum singulare. Quibus verbis supponit Deum solere librum de hominum causis, rebusque scribere tanquam supremum iudicem, cuius est de omnibus fore sententiam.

III.

Ezech 9 2.  
Ezech 9.  
Gustare  
Christus a  
tramentariū  
describitur,  
car.

Illustris est ad idem confirmandum illud Ezech. 9. Cū Christus apparuit gerens atramentarium ad renes appensum, ut ea, quæ in urbe gerebantur, diligenter, & accuratè describeret, haud dubiè in libro aliquo, quæ simul afferebat, alio qui superuacaneum esset atramentarium. Ecce, inquit, sex viri veniebant de via porta superioris, quæ respicit ad Aquilonem, & uniuscuiusque viri virgulus in manu eius (id est, securus, aut alia similia instrumenta ad occidendū.) Vir quoque vnus in medio eorū vestitus erat lineis, & atramentariū scriptoris ad renes eius: & steterunt iuxta altare, argum. Quo loco per virum illū vestitū lineis cōmunis expositione Christum intelligit, qui tanquā supremus iudex apparuit sex illis viris habentibus securas, aliā uero cōcedendi instrumenta tanquā iustitia administris stipatus, gerebatque atramentariū scriptoris ad ea, quæ in ciuitate gerebantur, describenda, & in librū memoriale referenda. Eā enim scribendi curā noluit alteri cōmittere, sed sibi propriā assumere: quia ne minimū quidē volebat à veritate in scribendo discedere: id enim munus non tutò alijs cōmitti posse existimauit. Hanc expositionē secutus est D. Hieron. in com. super Ezech.

Nō alijs eam  
curam com-  
mittit.  
D. Hieron.

Habebat, inquit, atramentariū scriptoris ad renes suos, quo omnia peccata describeret, & sanctorum a peccatoribus numerū segregaret. Sex viri, iuxta altare stare dicuntur parati ad imperiū, ut cuiuscunque uiderint ibi non esse peccata dimissa, sententiæ Domini, & inconfessione eum subiaceret cognoscant. Hæc ille. Cernis Hieron. putasse virum uelut lineis gestasse etiam librum, in quo omnia peccata conscriberet, qui profecto vnus fuit ex multis illis libris, quos Ioannes hoc loco apertos fuisse commemorat.

IV.

Zachar. 5.  
Iudaorum  
in Messia  
persequendo  
cōmissa pec-  
cata, & su-  
plicitia in me-  
brana scripta  
Lyranus.

Similiter apud Zachariam cap. 5. habemus ostensum fuisse Prophetæ uolumen quoddam uolans, id est, membranam quandam, seu pellem pergamenam extensam. Etenim veteres olim scribere consueuerunt in membranulis, seu pellibus, quæ inuicem cōplicabantur, & inuoluebantur: unde pro uolumine est Hebraicè megilla, à radice galal, quæ significat inuoluere, & rotare. Vidit autem Zacharias hanc membranam non inuolutam, & complicatā, sed euolutam, & extensam, quam obrem potuit eius notare longitudinem, quā dicit fuisse uiginti cubitorum, decem uero latitudinem. Quamquam uero Lyranus existimet in eo uolumine descriptum fuisse supplicium Hebræis infligendum ante templi excidium, & captiuitatem Babylonicam propter peccata furti, & perurij, quorum in contextu hic mentio: tamen cum ea uisio acciderit post reuersionem ex captiuitate Babylonica, probabilius est eam uisionem ad peccata populi Iudaici post aduentū Messie spectare: fuisse que in eo uolumine descripta, quæ populus in rege Messie persequendo, occidendoque grauissima suscepturus erat, simulque supplicium ultimæ huius captiuitatis pro illis diuinitus inferendum, quod quia paulò post necem Messie illatam infligendum erat, hoc est, quadraginta circiter annis post Christi obitum: idcirco uolans quasi eum celeritate ueniens apparuit. Hoc igitur supposito sciendum est Symmachum pro uolumine translulisse  $\chi\epsilon\phi\alpha\lambda\eta$ , quod nomen initium libri, uel unum libri caput, uel ipsam, libri summam, & epitomen significat. Iuxta quam translationem mirum est, quod dicitur, habuisse latitudinem decem cubitorum, & uiginti cubitorum longitudinem. Quantum enim putandum est fuisse

Symmach.  
Horum pec-  
catorum, &  
libri ipsius  
magnitudo.



fuisse integrum librum: siquidem solum eius initium, vel vnum capitulum tantam latitudinem, longitudinemque continebat? Quam innumera etiam oportuit esse peccata, quae in summam, breuiariumque redacta volumina, tanta longitudo, latitudinisque complebat: Videlicet tanta, tamque innumera erant generis Hebraea scelera, ut infinitum quoddam volumen, & librum, in quo scriberetur, postularent, cuius nempe vel vnum capitulum tam latum, longumque esse oportuit. Profecto vel vnum illud nefarium, & impium facinus, quod in Christi nece admiserunt, non potuit breuiori volumine comprehendi.

Sed ut vniuersae, & generatim loquamur, quod eo loco de Iudaeis dicitur ad vniuersos homines accommodari potest. Tam multa enim peccata in omni genere suscipimus, ut non nisi in grandi quodam libro notari, describique possint, cuius vel ipsum initium, caput vnum, tam multos, & latitudinis, & longitudinis cubitos requirant. Itaque, ut more nostro loquamur, opus habet Deus grandi quodam memoriali libro ad peccata hominum, non dico ad longum, & sigillatim describenda: sed tantum in breuem quandam summam, & epitomen redigenda. Audi, quid dicatur, *Osee 4. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, id est, instar fluminum extra ripas disfluerunt inundauerunt.* Imo de suis tantum peccatis dixit Dauid, *Psal. 39. Comprenderant me iniquitates meae, & non potui ut viderem: multiplicata sunt super capillos capitis mei.* E contrario tam pauca, & exigua sunt hominum opera, si cum malis operibus comparentur, ut dictum sit, *Hierem. 5. Circumite vias Hierusalem, & aspice, & considerate, & querite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & querentem fidem, & propitius ero ei.* Et multo luculentius, *Esa. 64. Facti sumus ut immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatus uniuersa iustitia nostra. Et cecidimus quasi folium uniuersi, & iniquitates nostra quasi vetus abstulerunt nos.* Vbi quanta est sermo ad literam de Iudaeis, quorum omnes ceremonie, & iustitiae legales post passionem, & resurrectionem Christi eo potissimum tempore, quo lex Euangelica fuit promulgata, immunda factae sunt, & ipsi tanquam folia, & flores ex arboribus defluerunt, & emarcuerunt, & quasi arida folia, & quisquiliae a vento in omnia sola terrarum abrepti, dispersique sunt: possumus nihilominus illam sententiam, *Tanquam pannus menstruatus uniuersa iustitia nostra, ad vniuersos homines referre.* Est autem aduertendum pro eo, quod nos habemus, *Quasi pannus menstruatus, haberi in Hebraeo, Quasi vestimentum centonum, id est, totum ex centonibus confectum.* Cum enim vel ipsa bona opera factae sint imperfecta merito centonibus comparantur, ut nostra omnis sanctitas, quasi vestimentum quoddam vetus, & lacerum, multisque vnde quaque vilibus, & abiectis centonibus variatum esse videatur. *R. Abraham vertit, sicut vestimentum praedae, quod videlicet in praeda capitur, aut a latrone per vim vendicatur, quod in ipso conflictu, & contentione diripi, & dilacerari necesse est.* Sic enim cum Demones tanquam insidiatos latrones nobis bona opera tanquam pallium de manibus conetur eripere: nimirum solent ea opera per eam vim, & conflictum dilacerari, ac diripi, hoc est, senioribus quibusdam nauis maculari, ut merito vestimenta praedae appellari possint.

Cum igitur tam multa sint peccata, quae passim ab hominibus suscipiuntur, non mirum videri debet, quod vel ipsa summa, & epitome libri memorialis, quae Deus habet, tanta apud Zachariam latitudinis longitudinisque apparuerit, & e contrario propter bonorum operum paucitatem paruum quiddam, & exiguum libellus ea omnia complecti possit. Atque haec nimirum est causa, cur hoc loco Ioannes, de extremo disserens iudicio narret multos libros apertos fuisse, & paulo post quendam alium libellum sibi ostensam, quilibet vitae dicebatur. *Vidi, inquit,*

V.  
Quam innumera sint hominum peccata.

Osee 4.  
Psal. 39.  
Quam pauca, & exigua bona opera.

Esa. 64. 6.  
Iudaei eorum ceremonia.

Sanctitas nostra vestimentum lacerum.

R. Abraham.  
VR  
Multos libros vidit Ioan. sed vnus tantum vita dignus.



morenos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber aper-  
tus est, qui est vita, & iudicati sunt mortui ex his, quia scripta erant in libris secundum opera  
ipsorum. Quo enim quales alio mysterio ait Ioannes multos libros apertos fuisse,  
& deinde vnum tantum librum apertum, qui liber vite dicebatur: nisi quia mul-  
ti libri ad peccata, & reprobos, vnicus autem ille libellus ad bona opera, & præ-  
destinatos spectabat: Cum enim innumera sint omnium peccata, multique re-  
probi, multos oportet esse libros, in quibus describantur. Quia verò merita pau-  
cissima sunt, si cum peccatis conferantur, & electi pauci numero si cum repro-  
bis comparentur, vnus, si que perexiguus libellus iis omnibus notandis sufficit.

## A R G V M E N T V M.

Hoc, & sequenti capite comprehenditur septima, & postrema visio huius ope-  
ris. De celestis illius ciuitatis Hierusalem forma, magnitudine, pulchritudine, opi-  
bus describitur: incomparabilis que beatorum felicitas magnificentissimis verbis de-  
scribitur.

## CAPVT VIGESIMVMPRIMVM. .



T vidi cœlum nouum, & terram nouam. Primū enim  
cœlum, & prima terra abiit: & mare iam non est. Et  
ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouā,  
descendentem de cœlo à Deo, paratam sicut sponsam  
ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de thro-  
no, dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit  
cum eis. Et ipsi populi eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum  
Deus: & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, &  
mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit  
ultra, quæ prima abierunt. Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce no-  
ua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt,  
& vera. Et dixit mihi: Factū est. Ego sum A, & Ω initiū & finis. Ego  
sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Qui vicerit, possidebit hæc:  
& ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Timidis autē, & incredulis, &  
execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatriis,  
& omnibus mendacibus, pars illorū erit in stagno ardenti igne, &  
sulphure, quod est mors secunda. Et venit vnus de septē Angelis  
habentibus phialas plenas septē plagis nouissimis, & locutus est me-  
cum, dicens: Veni, & ostendā tibi sponsam, vxorem Agni. Et sustulit  
me in spiritu in montē magnum, & altum, & ostendit mihi ciuita-  
tem sanctā Hierusalem, descendentem de cœlo à Deo, habentem  
claritatē Dei: & lumen eius simile lapidi pretioso tonquam lapidi  
iaspidis,